

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nummotheca Principum Austriae

ex gazis Aulae Caesareae potissimum instructa, & aliunde aucta, quae a prima aetate, qua in Austria cusa fuit moneta Sub Babenbergicae Stirpis Marchionibus, Ad Usque Habsburgicae Gentis Principes, Lineae Hispano-Austriacae, Huiusque Masculum Ultimum Carolum II. Regem Hispan.

Complectitur tabulas aeri incisas num. XLI

Herrgott, Marquart

Friburgi Brisgoviae, 1753

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-241482](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-241482)

Tab. XXXIV. *filis factus. pond. 8. ducat. M.*
BUOL. e. itidem fus.

NUMMI ICONICI.
 XXI

FERDINANDVS. II. D. ei G. ra-
 tia R. omanorum I. mperator s. em-
 per A. ugustus G. ermania H. un-
 garia B. ohemia REX. ELEONORA.
 IMP. eratrix G. ermania H. unga-
 rie B. ohemia REG. ina DV. cissa
 MAN. tue. Capita eorum iuga-
 ta, ad medium pectus, sinistror-
 sum versa. Ille focali crispato
 indutus, torquem quoque aurei
 velleris gestat: illa cum collari
 denticulato pulcherrime comta
 est. In quatuor angulis totidem
 præterea parmulae conspiciuntur,
 quarum prima aquilam *Imperia-*
lem bicipitem coronatam, altera
 tæniæ *Hungaricas* cum cruce Pa-
 triarchali, tertia leonem *Bohe-*
micum, quarta denique tesseras
Austriaco-Burgundicas referunt.

FERDINANDVS. III. D. ei G. ra-
 tia REX. HVNG. arie ARCHID-
 ux AVS. trie D. ux BVR. gundie
 CO. mes TYR. olis. Protome e-
 iusdem in habitu Hungarico,
 acu perpulchre picto, cum tor-
 que aurei velleris & caliptra cri-
 stata in capite, ad lævam respi-
 ciente. Capita geniorum alata
 in tribus angulis ornatus caussa
 adiecta sunt.

Quadrati huius atque admo-
 dum elegantis numismatis men-
 tionem facit Cl. MELLENIUS (a),
 illudque usui fuisse asserit, cum
 coronatio FERDINANDI Hunga-
 rica, de qua hic supra egimus,
 peracta fuit: cui nos quidem
 haud inviti assentimur; tum
 quod trias hæc Regum singula-

(a) Syllog. num. unc. p. 125.

ri & exquisito cum ornatu com-
 pareat; tum quod oris species
 FERDINANDI nostri ei ætati, qua
 diadema illud accepit, facile re-
 spondeat. Denique ambo pa-
 rentes eiusdem coronationi in-
 terfuisse, ex supra iam ac sæpius
 laudato Illustr. KHEVENHILLE-
 RO discimus.

Eidem locum hic superius
 tab. XXXII. num. III. assignasse-
 mus, nisi ferius & confecta iam
 ea tabula, in manus nostras perve-
 nisset. *M. S. B. ar. pond. 1.*
unc. 3. dr.

XXII.

Epigraphe num. XIV. re-
 spondet; effigies vero num. VI.
 excepta corona radiata, quæ hic
 abest.

Circa vel post annum 1627.
 cusus est elegans hic nummus;
 macatur enim FERDINANDUS in
 illo titulo *Regis Bohemia*, quem
 dicto anno adeptus fuit: age-
 bat tunc temporis undevicesi-
 mum annum, quam floridam
 ætatem iuxta ac serenum bellif-
 simumque vultum scite expri-
 mit nummus. *M. Imp. ar. pond.*
semunc.

XXIII.

Adversa in media sui parte a-
 quilam bicipitem coronatam,
 impressa pectori tessera *Austria-*
co-Burgundica exhibet. Hanc
 in orbem circumdant sex par-
 mulae, effigies totidem Impera-
 torum, ex Augusta gente Habs-
 burgica electorum, referentes,
 quorum nomina sæpius recitavi-
 mus. In ambitu legitur sequens
 distichon:

AV-

FERDI-
NANDUS
III. IMP.

AVSTRIA TERRARVM IVBAR, AV-
GVSTISSIMA RECTRIX.
IMPERII, GENERIS FIRMA CO-
LVMNA SVI.

Altera reliquorum septem
Aufriacorum Cæsarum facies o-
stendit, medium locum occu-
pante FERDINANDO III. Adiecti
in ambitu versus:

AVSTRIA TOT REGES NVMERET
QVOT PERSIA GAZAS:

INDVPERATORES SECVLA PLV-
RA SVOS.

Interferuntur ex utraque
parte nonnullæ rosæ, ornatus
duntaxat gratia.

Vix est dubium, quin nu-
misima hoc a privato quodam
atque iniussu Cæsaris fabrefa-
ctum fuerit. Id enim tum gra-
tulationis, aut si mavis, adu-
lationis, quam præferre vi-
detur, materies, tum alia quo-
que eiusmodi exempla, ab hoc-
ce parum discrepantia, superius
adducta (a), a *Valentino &*
Christiano MALERIS inventa, at-
que sua ipsorum industria edita,
arguunt.

Argumentum interim eius-
dem attentione haud indi-
gnum est. Quandoquidem fe-
licitatem Augustæ gentis Austria-
cæ, in Dei tutela atque præsi-
dio constitutæ, tot tantosque
Imperatores velut uno intuitu
repræsentando, in memoriam
revocat; cui nimirum iam tum
id, quod nulli per omnem re-
tro ætatem alii, obtigit, ut
tredecim ex sua stirpe ad sum-
mum humanæ gloriæ fastigium
evectos, qui omnes aut sum-

(a) tab. XIII. n. XXVIII. p. 95. seq. & tab.
XVII. n. LIII. p. 124. seq.

ma aut insigni cum laude impe-
ritabant, numeraret. *M. S.*
B. ar. fus. pond. 1. unc. & se-
mis.

Tab.
XXXIV.

XXIV.

Antica ex asse convenit cum
num. xv. postica vero cum nume-
ro xx. ita ut ex iis archetypis, e-
ctypa isthæc ab HERÆO, ex cuius
tabulis educta sunt, transumpta
fuisse non ex vano videantur.

In antica certe FERDINANDUS
non nisi titulo *Regis* honoratur,
in postica vero ELEONORA u-
xor *Imperatrix* scribitur; un-
de facile colligitur, typos hos-
ce nummarios primo sibi invi-
cem iunctos haud fuisse, sed
HERÆUM duos typos iconicos
copulasse, quorum alter altero
recentior est; ut hac ratione
mariti & uxoris effigies quasi in
uno nummo exhiberet.

De hac HERÆI licentia,
quam sibi in sua nummorum
collectione sumpsit, egimus in
præfatione ad Partem I. huius
numothecæ. *T. H.*

XXV.

Insigne hoc maximi modu-
li numisima, aut toreuma po-
tius, quod excepta magnitudi-
ne, atque Ordinis aurei velle-
ris tessera, quæ a fascia aut fu-
ne dependet, cum adversa num.
xiv. convenit: arte exquisitif-
sima ex lapide scalptum, in ga-
zis aulæ Vindobonensis asserva-
tur, quod ob sui elegantiam,
formamque numismaticam, in
hac collectione locum iure me-
ritoque sibi vendicat. *M. Imp.*

NUM-

Tab.
XXXIV.

NUMMI AUREI.
XXVI.

Effigies anticæ cum num.
xv. convenit; epigraphe autem
sic habet: FERDINAN. *du* III.
D. *ei* G. *ratia* R. *omanorum* IMPE-
RATOR. S. *emper* A. *ugustus*, quæ
in

Parte postica sic continua-
tur: GER. *manie* HVN. *garia* BO-
HEMIÆ. REX. ANNO. 1638. A-
quila *Imperialis* biceps cum nim-
bis, corona Cæsarea clausa ob-
tectæ, pectore gerens scutum co-
ronatum, ac torque aurei vel-
leris marginatum, cui impres-
sus leo *Bohemicus*. In imo ma-
nus clausa, stellam efferens, offi-
cinæ Bohemicæ signum, de qua
alibi diximus.

Similes typi hoc ipso & infe-
cuto anno 1639. itidem in Bo-
hemia prodierunt; moduli ta-
men aliquanto minoris, ut sta-
tim videbimus. *M. S. B. au.*
20. *duc.* & *S. P.* 10. *duc.*

XXVII. XXVIII.

Non differunt hi duo num-
mi a præcedenti, nisi sola ma-
gnitudine, cumque alter ex his
quinque ducatos pondere æquet,
ac ex præcedentibus alius vigin-
ti, alius decem: exin discimus,
quibus gradibus moneta aurea
tum temporis in Bohemiæ re-
gno distincta fuerit. *M. S. P.*
au. 5. *duc.* *M. S. B. au.* 2. *duc.*

XXIX.

Antica cum num. xv. con-
gruit, excepto, quod aureum
vellus omissum, & pleræque
voces magis abbreviatæ sint:
discrimen quoque haud exiguum
inter typorum fabricam interce-

Tom. II. P. II.

dit. Præterea in imo margine FERDI-
monetarius signum suum, tri-
gonum scilicet, orbiculo impo-
situm, adiecit. FERDI-
NANDUS
III. IMP.

In averfa continuantur ti-
tuli: ARCHID. *ux* AVS. *tria* DVX.
BVR. *gundia* C. *omes* TYR. *olis*
1649. Aquila *Imperialis* bi-
ceps cum nimbis, falcibus gla-
dium sceptrumque tenens. In-
tra capita eius globus apparet,
imminente superne corona clau-
sa. Pectori denique scutum ma-
ius, torque aurei velleris cir-
cumdatum, impressum, cum
insignibus regnorum & provin-
ciarum, ad Domum Austria-
cam attinentium, quæ inferius
ad num. xxxix. enucleatius vi-
debimus. In imo parmula *Bur-
gundo-Austriaca*, pileo Ducum
exornata, conspicitur; quæ
nummum in Austria produisse
ostendit. *M. S. P. au. pond.*
5. *duc.*

XXX.

Eadem perigraphæ, sed lit-
teris duntaxat initialibus maxi-
mam partem expressa. Stat FER-
DINANDUS cataphractus, corona
Cæsarea clausa obtectus, gla-
dio præinctus, ac torque au-
rei velleris conspicuus: dextra
sceptrum tenens, sinistra globum
Imperii. Ad latera Principis ad-
positæ sunt parmulæ, *recentio-
ris*, ut vocant, & *veteris Au-
stria*, ambæ pileis Ducum ob-
tectæ. In imo grus, falcula la-
pidem sustinens, quam pro si-
gno officinæ monetariæ habe-
mus: licet aliunde *vigilantiæ* em-
blema sit.

Averfa cum præcedenti in
omnibus convenit, excepta no-

Gg

ta

FERDI-
NANDUS
III. IMP.

ta chronologica, quæ annum 1642. designat. Asservamus & alium de anno 1645. sed ubi globus inter bina capita omissus est. *M. S. B. au. pond. 2. duc.*

XXXI.

FERDINAND. III. R. *omnium* imperator s. *emper* A. *ugustus* P. *ius* F. *elix* ET. ELEON. *ora* s. *acra* C. *esarea* M. *aiestatis* CON-
IVX. IMP. *eratrix* Effigies iugatæ amborum: ille pectore tenus more solito armatus, laureatus & aureo vellere insignitus: hæc ad pectus, stolata, cum collari & unionibus.

Aversa nucem pineam, opere toreumatico marginatam, exhibet, cum perigraphæ: AVGVSTA VINDELICORVM 1657.

Quamvis *ducatu* hic duplex, ut de monetis civitatum alibi iam monuimus, huius loci proprie non sit: quia tamen effigiem Imperatoris, coniugisque eius, faberrime sculptas exhibet, prætereundus haud videbatur. Ceterum is ipse annus, in aversa notatus, FERDINANDO emortualis erat.

Atque hæc de nummis FERDINANDI aureis. Iam ad *unciales* veniendum, quos inter nullum nobis occurrissè, qui Bohemæ regno tuto adscribi posset, eo magis ipsi miramur; quod non unum nummum ex aureis, iisque non contemnendis, ad idem regnum pertinentibus, hic producere nobis licuerit. *M. Imp. au. pond. 2. duc.*

UNCIALES.

XXXII.

Tab.
XXXV.

Adversa cum num. XIV. convenit, nisi quod magnum di-

Tab.
XXXV.

scrimen quoad artificum peritiam, nec nullum quoad ductus litterarum intercedat: patagium quoque Cæsaris multo hic angustius est.

In aversa continuantur tituli ut num. XXIX. adiecto numero anni 1638. Aquila *Imperialis* biceps, ut num. XXVI. at pectori impressa est parmula bipartita, tæniæ *Hungaricas* cum cruce Patriarchali referens. In inferiori area hinc inde litteræ, officinæ *Hungaricæ* indices, ut alibi vidimus.

Rariores multo hi typi videntur præ sequentibus; quod inter tot alios nullus similis nobis occurrerit, nisi in museo BUOLIANO. MELL. p. 124.

XXXIII.

Anterior pars citato num. XIV. pariter respondet, at in margine hinc scutum cum tesserris *Hungaricis*, inde imago Beatissimæ Virginis cum Divino Putione.

Posterior, excepta modica scribendi variatione, cum præcedenti congruit: at aquila in pectore repetita *Hungariae* & *Bohemia* insignia continet, superimposita parmula minori *Austriaco-Burgundica*, & in imo umbonis aliæ litteræ, K scilicet & B, Kemnicensem officinam denotantes, apparent.

Etsi ambo hi unciales annum Christi 1638. præferant: verisimile tamen est, eos sub finem anni præcedentis signatos fuisse; cum illo FERDINANDUS, post obitum patris, Principatum obtinuerit; & aliunde constet, notas chronologicas tum temporis